Fragmentarium

ge a ceteris eorum: Et tu domine nosti
me: uidisti me. et probasti cor meum tecum: Con
grega eos quasi gregem ad uictimam. et sancti
fica eos in die occisionis: Usque quo lugebit
terra: Et herba omnis regionis siccabitur:
Propter maliciam habitancium in ea. con
sumptum est animal et uolucre: quoniam
dixerunt: Non uidebit nouissima nostra:
Si cum peditibus currens laborasti: quo
modo poteris contendere cum equis: Cum
autem in terra pacis securus fueris: quid
facies in superbia iordanis: Nam et fratres tui.
et domus patris tui etiam ipsi pugnaue
runt aduersus te: et clamauerunt post te
plena uoce. Ne credas eis cum locuti tibi
fuerint bona: Reliqui domum meam: Di
misi hereditatem meam: dedi dilectam ani
mam meam in manu inimicorum
eius: Facta est hereditas michi mea
quasi leo in silua: Dedit contra me uocem. ideo
odiui eam: Numquid auis discolor
hereditas mea michi: Numquid auis
tincta per totum: Uenite congregamini
omnes bestie terre: properate ad deuorandum:
Pastores multi demoliti sunt uineam
meam: conculcauerunt partem meam: Dede
runt portionem meam desiderabilem
in desertum solitudinis: posuerunt eam
in dissipationem. luxitque super me: Desola
tione desolata est omnis terra: quia nul
lus est qui recogitet corde: Super omnes
uias deserti uenerunt omnes uastato
res terre. quia gladius domini deuorabit
ab extremo terre. usque ad extremum eius:
Non est pax uniuerse carni: Seminaue
runt triticum. et spinas messuerunt: here
ditatem acceperunt. et non eis proderit: Con
fundemini a fructibus uestris: propter iram furo
ris domini: Hec dicit dominus aduersum
omnes uicinos meos pessimos: qui tan
gunt hereditatem quam distribui populo
meo israel: Ecce ego euellam eos de terra
sua. et domum iuda euellam de medio eorum:
Et cum euulsero eos conuertar et miserebor
eorum: et reducam eos uirum ad hereditatem
suam. et uirum in terram suam: Et erit

si eruditi didicerint uias populi mei.
ut iurent in nomine meo uiuit dominus.
sicut docuerunt populum meum iurare
in baal: edificabuntur in medio populi me
i: Quod si non audierint: euellam gentem
illam euulsione. et perditione ait dominus.

Hec dicit dominus XIII
ad me: Uade et posside tibi lumba
re lineum: Et pone illud super lumbos
tuos: et in aquam non inferes illud. et
possedi lumbare iuxta uerbum domini: et po
sui circa lumbos meos. Et factus est ser
mo domini ad me secundo dicens: Tolle lum
bare quod possedisti quod est circa lumbos tu
os: et surgens uade ad eufraten. et abscon
de illud ibi in foramine petre. Et abii et
abscondi illud in eufraten: sicut preceperat
michi dominus: Et factum est post dies
plurimos: dixit dominus ad me: Sur
ge uade ad eufraten: et tolle inde lumbare
quod precepi tibi. ut absconderes illud ibi:
Et abii ad eufraten. et effodi. et tuli lumba
re de loco ubi absconderam illud: Et ecce
computruerat lumbare. ita ut nulli usui
aptum esset: Et factum est uerbum domini ad
me dicens: Hec dicit dominus: Sic com
putrescere faciam superbiam iuda et super
biam ierusalem multam: populum istum pessi
mum qui nolunt audire uerba mea. et am
bulant in prauitate cordis sui: Abierunt
que post deos alienos. ut seruirent eis. et
adorarent eos: et erunt sicut lumbare istud
quod nulli usui aptum est: Sicut enim ad
heret lumbare ad lumbos uiri sic agglutina
naui michi omnem domum israel. et omnem
domum iuda dicit dominus ut essent mi
chi in populum. et in nomen. et in laudem. et in gloriam.
et non audierunt: Dices ergo ad eos sermo
nem istum: Hec dicit dominus deus israel:
Omnis laguncula implebitur uino:
Et dicent ad te: Numquid ignoramus
quia omnis laguncula implebitur ui
no: Et dices ad eos: Hec dicit dominus:
Ecce ego implebo omnes habitatores
terre huius. et reges qui sedent de stirpe dauid
super thronum eius: Sacerdotes et prophetas

License: public_domain – Toronto, ON, The Robertson Davies Library at Massey College, Gurney Pam 0004, Verso – St. Albans Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-tcth/7221/74973)